Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Super decimoprimo decimosecundo decimotertio et decimoquarto articulis
interrogatus tam qd talia miracula ꝛc tam qd omnia miracula ꝛc tam qd quotidie
adhuc ꝛc Item qd de predictis omnibus ꝛc testis examinata dicit articulos fore veros
quia est generalis cum aliis depositionibus super eisdem

Et fuit finitum eidem teste prout est moris ꝛc

Eodem die fuit examinata Discreta mulier Barbara vxor Vlrici pistoris de
Nusdorff Patauien diocesis etatis sue annorum Triginta vel circa que deposuit
ut sequitur

Et primo super Primosecundo et aliis articulis vsque ad octauum inclusive testis
examinata dicit articulos fore veros quia semper ita a senioribus suis audiuit
Super Nono articulo interrogatus tam qd sepius contra infideles ꝛc testis exami
nata dicit sibi nil constare
Super Decimo et Vndecimo articulis interrogatus tam qd profide ipsius ꝛc et tam
qd totos tempore vite sue ꝛc testis examinata dicit ut ad proximum
Super Duodecimo articulo interrogatus tam qd propter bona opera sua ꝛc testis
examinata dicit articulum fore verum quia adhuc hodie ita cognominatur
Super Tredecimo et Quatuordecimo articulis interrogatus Item qd a fide aprica
et Item qd propter virtutem et bona opera sua ꝛc testis examinata dicit se nil
scire
Super Quinto decimo decimosexto decimoseptimo et decimooctauo articulis
testis examinata dicit ut ad primum
Super Decimono articulo interrogatus Item qd post mortem suam claruit ꝛc
Testis examinata dicit articulum fore verum quia vidit et audiuit plura
et diuersa miracula circa tumbam beati Leopoldi facta esse Iteriorata
ipsa interrogatoria prenotata testis respondendo dicit qualiter de anno
domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo quidam filius eius
nomine Bartholomeus cum esset etatis sue vnius anni cum dimidio ex quadam
magna infirmitate qua per quatuordecim dies continuos laborauerat mori
putabatur Tunc ipse testis inuocauit beatum Leopoldum pro salutate
sui filii et vouit Tumbam suam cum ablata circa velle vestire statim voto
huiusmodi emisso puer melius habere cepit et pristine sanitati fuit restitutus
credens fideliter ex meritis beati Leopoldi miraculose id accidisse
Super Decimo et aliis articulis usque ad Decimum quartum inclusive
testis examinata est generalis cum aliis prestitis testibus super eisdem

Et fuit finitum sup hoc eidem teste ut est moris ꝛc

Eodem die fuit examinata Discreta mulier Margaretha vxor Dietrici
parvi de Sancto loco Patauien diocesis etatis sue annorum Quadraginta vel
circa que deposuit in modum qui sequitur ꝛc